

A Volo equidē tibi reuerēde P. ostendere, dicētibz quicūq; ab aliquo eē, necesse eēse, intelligere illud ex psona eē. Magnus nāq; Basilius in. in. cōtra Eunomiū libro inquit: Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est spūs, natura q̄q; ipm̄ tertium eē? Dignitate nāq; ipm̄ secundū a filio, cum ab ipso eē habeat, & ab ipso accipiat, & annūtiat nobis, & omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit. Siquidem igitur apud Basiliū, cui doctores oēs plurimū tribuūt, spūs a filio habet eē, ac ab ipso est vt a causa, nobisq; supra cōcessum fuerat, accipere, ac eē, idem iuxta doctores significare, necessaria ratio sequit, vt idem spūs a filio q̄q; procedat. Porro quātā authoritatē, ac existimatōis in sancti spūs materia Basilius tuerit, Chalcedonē. synodus ad Martianū scribēs testatur: Hic magnus (inq;) Basilius minister gratiæ. Et infra, Hic doctrinā de sancto spū illustrauit. Siquidem igitur sancti patres, tm̄ in sancti spūs materia Basilio tribuere, ipse vero in ea clarissime scripsit, necesse mihi videt, vt ipsi totaq; ecclesia, patres ipsos sequētes, eundē magnū Basiliū suscipiamus ac amplexemur, eiusq; scriptis acquiescamus: cuius quidē vetustissimus liber hic est, quē (si libet) legatis. Hoc magni Basiliū dictum pater reuer. suo loco cōsiderabimus. Nunc autē cōcludamus, qd nā ex illo tuo sermone sequatur. Quinimmo reuer. P. huic authoritatē primo respōdeas, q̄ quidē sola conuouentia nostrā dissoluet. Cōmunem patri filioq; substantiam. P. reuer. quæ vna eademq; numero creditur eē, sancti spūs causam & principiū eē dicis, quo plane spūs ex patre procedit: vnde sequitur manifeste substantiā sancti spūs causatam eē, ac duas substantias inter se, secundū causam & causatū oppositā in sacratissima trinitate existere, qd quidē a Christiana theologia longe alienū & a nullo vnq; doctore memoriæ proditū est: quippe qui diuinā substantiā neq; generare, neq; producere, neq; patrē vel filium p̄ commune sibi substantiā (vt vos dicitis) verē p̄ suam substantiā vel hypostaticā proprietatem generare, vel producere possentur. Hoc igitur incōueniens ex tuis verbis sequi videt, quæ (si libet) diligētius cōtemplemur, vel his in aliud tēpus dilatis nunc ad Basiliū veniamus. Qm̄ nō me bene videris intellexisse reuer. P. idcirco, quæ paulo ante protuli, ea clariora reddā, ergo diligētē attēde. Substantiā duobz modis a doctoribus solet intelligi, vno quidē pro rei rōne, q̄ diffinitionē, quod qd eē rei significatōem, vel alio noie, entitatem atq; naturā rei significat, altero vero modo substantiā pro supposito capiti, quēadmodū Aristoteles in .v. Metaphisice libro iuxta omnium doctorū expositionē dicere videtur, quod quidē suppositum in p̄dicamentali substantiā: licet ea species atq; generibus, apud Porphyriū substat, vt Socrates atq; Plato, quæ alio quocq; noie hypostasis, vel existētia, vel res naturæ solet appellari. In genere autē humano eadem substantiā psonā significat, quādoquidem psona dicitur eē natura rōnis capax, in cōmunicabilis existētia, ita vt in rationali specie substantiā pro supposito accepta, existēntiam atq; psonam apud oēs illos doctores significet, q̄ in Arriū ac Macedoniū cōscripserūt, quorū ille filiiū creaturā, nō autē ex patris substantiā, hic vero spiritum, neq; ex patris, neq; ex filij substantiā dicebat eē. Pater ergo, cū sit rationalis naturæ substantiā, suppositum vel existētia vel psona dubio procul appellari debet. Porro, qm̄ generare sic vere cōuenit psonæ patris, quēadmodū est verē proferre, substantiā hāc, huic substantiæ conuenire: sequitur vt ipsa substantiā eadem sit patri, ac paternitati, nullaq; ratione cōmunicabilis. Vnde euenit, vt qm̄ proprietates incommunicabiles sunt, idcirco doctores nostri substantiā nō pro patris psona, sed pro natura patris vrātur, quēadmodū in hominis diffinitione substantiā capitur, ita vt in hac oratione, spūs ex patris substantiā est, substantiam, id est, entitatem ipsam insitā patri doctores intelligāt. Substantiā ergo cū vna ratione suppositū, vel (vt supra dictū est) in diuini hypostasis, vel psonam significet, cū spūs ex patris substantiā dicitur eē, substantiā plane talis nunq; a doctoribus nostris pro supposito, vel existētia suppositi accipitur, quando quidem ea ratione incommunicabilis est. Verum altera capitur rōne, quēadmodū diffinitio substantiā rei significat, quæ natura, vel entitas (vt supra dictū est) appellat. Cū ergo doctores nostri pronūntiant sanctū spiritū ex patris filijq; substantiā eē, p̄ substantiā ipsam nō existētia patris, verē, naturam eius intelligunt, quæ quidē est in patre, ac in seipsa, quæ admodum & pater. Patris vero nomen substantiam habitudinēq; significat, quā hęc existētia, vel hoc suppositū ab alio differat. Hęc ergo cōmunis substantiā, quā in patre protulimus eē, causā est & principium, quod p̄ generationem communicatur. Porro

pater